

tam Isagogen natus, qua commode hactenus ducor,
colophonem tandem, & meum, quantum id mihi
Divina tribuet meta, assecuturus sim.

Publice itaque gratitudinem meam humaniter
ac submisse declarans, profiteor, ALMO omnium, ut
& mei SOSPITATORI, quicquid fortean boni, in
me devolutum, me penitus debere; A PARENTIBUS,
quibus DN. meum AVUNCULUM omnino accen-
seo, vitam, & quicquid amoris paterni nomine veni-
re poterit, profectum, gratus agnosco; Omniaque of-
ficiarum genera, quæ abs AD- & COGNATIS meis
jugiter in me collocata unquam sunt, piæ recorda-
tioni semper erunt relicta; PATRONOS demum &
PRÆCEPTORES, quos uno ordine habeo, & quorum
in me merita cordatissimis maœstro encomiis, obsequiosif-
simè reverebor; Vitam namq; Parentibus, sed His hone-
stam debeo: Omnia igitur illorum beneficia cum longe
superant vires, nihil aliud relictum viribus meis satis
perspicio, quam gratum animum, qui precibus &
votis, Summum Numen pro illorum incolumentate &
prospera fortuna sollicitare, nunquam intermittet, ac te-
storum, me omne id, quod vel ex Parentum, Ad- & Co-
gnatorum, nec non Patronorum beneficiis, & Præce-
ptorum eruditionis ac gratiæ penu collegi, in hono-
rem & gloriam DEI & Ipsorum ubivis laudes esse publi-
caturum, & quo me tandem fata trahent, gratam bene-
ficiarum memoriam mecum perennem esse fixurum.

Legum & Academicarum, quæ volunt, ut omnis
abiturus specimen quoddam profectuum publice ex-
hibeat, rationem pie habens, obedientiam & in hoc
prompte præstiturus, publice progredior, & dum pere-
grinari animus mihi est, partim valedicens, partim quid
tenues